



Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium
similitudinibus conscripta ...**

Duplan, Theodore

Ruraemundae, 1663

34. Tres auri partes, quas S. Franciscus SSS. Trinitati offert.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12221

SYMBOLUM 33.

*S. Franciscus docet Bernardum a Quintâ valle , a SSS. Trinit.
tria vota Religionis auspicanda , ter aperto Evangelio.*

Principium fœlix Triadis qui nomine cepit ,
Dimidium facti quod benè cœpit , habet .
Hoc Pater Assisius ter codice dicit aperto ,
Bernardo a Quintâ valle volente sequi .

(a) Vota Trias monstrat ; vende omnia , sis comes absque ,
Et baculo & perâ , non tamen absque cruce .

*(a) Aperto libro pr. mō occurrunt : si vis perfectus esse vade & vende omnia &c. Secando ,
nihil taleritis in viâ . Tertio , qui vult venire post me , abneget se metipsum , & tollat crucem su-
am , & sequatur me .*

SYMBOLUM 34.

Tres auri partes inventæ , quas S. Franciscus offert SSS. Trinitati .

Poscit ab Assisio Numen tria munera Patre ,
Scis me mendicum , quas dabo , dixit , opes ?
Daquè , iubequè , dabo . Membrisquè sopore solutis
Repperit in tenui flava metella sinu .
Sic tria dona Ducem , docuit Trias alma , Minorum ,
Corde profecta pio grata placere sibi .

SYMBOLUM 35.

Christus tribus telis volens perdere mundum a tribus impeditur .

D. Virgine , S. Francisco , S. Dominico .

Fulmineis Judex telis horrendus & irâ ,
Fulmen in humanum , torsit ab axe genus .

T

Visce .